

CAPVT III. DE CAMBIO.

Cambium a fine emptio-
ni, quandoquidem in eo pecunia pro
pecunia venditur, seu potius permuta-
tione. De hoc contractu agit Theolo-
gus & Iurista. Theologi quidem hanc
materiam suo more, hoc est Scholastico discuti-
unt. Ex Iuristis eam magis practice & per va-
ria paradigmata, ob oculos ponit Sigismundus
Scaccia, ubi etiam declarantur omnis generis
monetae. Porro quoad ipsas quaestiones dubi-
as, hae materiae non solum est, si qua alia, dif-
ficilis & intricata, sed etiam Theologo scitu di-
gna, imò necessaria, nam mercatorum conscien-
tias (inquit Casd. de Lugo) ut Confessarius con-
sultere possit, necesse habet hujus contractus na-
turam, ejusque iustitiam vel iniustitiam notitia
non vulgari calere. Quamvis, quod dolenti-
us, ejus intellectum difficillimum reddant no-
vae & quotidianae Mercatorum inventiones, quo-
rum cupiditas, excogitavit tot artes lucrandi in
contractu Cambii, ut superent aciem & acumen
ingenii enjulsis, inquit Michael Salon q. 4. a. 2.

CONTROVERSIA I.

Quid & quotuplex sit Cambium.

Natura Cambii, & differentia à mutuo,
varique termini ad hanc artem
spectantes exponuntur.

SUMMARIUM.

Cambium est species Permutationis, nempe Pe-
cuniae cum pecunia, & contractus innomi-
natus. 369.
Quomodo differat à Mutuo, eod.
Quinam dicantur Campsores, qui Campsarii, eod.
Quinam dicantur Trapezitae, Nummularii, Mensula-
rii, Argentarii. 370.
Litera Cambi quae dicantur. 371.
Si Campsor acceptis pecuniis det litteras Cambii, cui-
us sit periculum litterarum. 372.

Contractus Cambii est species Permuta-
tionis, & hic sumitur pro permuta-
tione pecuniae cum pecunia. Vade potius
inter contractus innominatos referendus est
set, de quibus agitur in fine hujus tractatus.
Sed quia longiorem tractationem exigit, & ob
suam materiam in qua celebratur, specialius ad
emptionem accedit, ideo aliorum exemplo hoc
loco tractare placuit. Differt à Mutuo improprie
nominis, quia non est de natura Cambii, sicut est
de natura mutui, ut pecunia reddatur post certum
aliquod tempus, ita ut dilatio solutionis sit
finis Mutui & commodum quod quaeritur; hoc
non est in cambio per se, sed si est, per accidens
est, cum possit ipsa permutatio fieri eodem
aetate. Differt ab eodem Mutuo secundum, quia
mutatum non in sola pecunia, sed etiam in
aliis rebus fungibilibus, ut tritico, oleo, vino, &
celebrari potest. 3. Est contra naturam Cambii,
non item mutui, quod eadem pecunia eodem loco
reddatur, sed debet vel esse diversa quoad sub-
stantiam, vel saltem reddi in alio loco. 4. Cambium
non absolvitur traditione unius pecuniae, sed tunc
primò, quando sit reciproca traditio mutuum
verò completur traditione pecuniae, cum obligatione
mutuaria ad reddendum suo tempore. Et quamvis Barcolus in l. si servus §.
locati. ff. de servis & alibi putet, Cambium assimi-
lari venditioni in hoc, quod sicut mercis etiam
tradita dominium non transferretur antequam
solvatur pretium, aut habeatur pro soluto, (ut c. 1.
dictum est) ita etiam pecuniae primo loco numeratae
dominium non transferretur, donec etiam ex altera
parte numeretur, communis tamen est aliorum
doctrina, scilicet transferri sicut in mutuo, ob
generalem regulam, quod transferretur dominium
traditione (excepta venditione) ut habetur Inst. de
Rev. divis. §. 40. & §. 41. ponitur exceptio venditionis &
de permutatione specialiter id habetur in [L. 4. c. de
Rever. perm. ibi. cum ab eo susceperit dominium,
cui et tradidisse titulo permutationis non negas.]
Hinc autem sequitur, accepta pecunia primo loco
solata, non esse licitum à contractu resilire, nisi
contrarium in pactum fuerit deducum.

CAMPSORES illi dicuntur, qui paratas

§ II.

Divisiones Cambii.

SUMMARIUM.

raras habent pecunias ad permutandum, minoris fortis, pro sorte majore, & e contra, servata permutationis aequalitate. Dicuntur etiam sed minus usitate, Collybitae.

CAMPSVARIUM dicuntur illi, qui à Campsorbibus pecunias requirunt permutandas.

370. TRAPEZITAE idem sunt, quod Nummularii, Mensularii & Argentarii, & differunt à Campsorbibus in eo, quod non solum dent operam principalem permutationi pecuniarum, verum insuper exercent negotiationem recipiendo custodiam pecuniarum, dando tam proprias quam alienas sub usuris.

Isti itaque Argentarii habent tabernas publicas ad longum tempus sibi locatas, de quibus loquitur lex 32. ff. de contr. empr. Quae tabernae argentarias, &c.]

ISTAE LITTERAE CAMBII dicuntur illae, pro quibus pecunia cambitur, & quae pecunias ferunt cum lucro, & superfectione, ut loquuntur.

Ex dictis inferunt DD. communiter, Cambium revera aliud non esse, quam Contractum innominatum [Do ut des.] Scaccia cum aliis quibusdam contendit, Cambium esse Contractum emptiois venditionis, quia etiam pecunia emi potest, quod probat 12. argumentis. Verum, pecunia non emitur quae pecunia, sed quae metallum, v.g. in Cambio autem attenditur ratio formalis pecuniae.

371. QUAERES. Si Campsor acceptis pecuniis à Campsore det huic litteras Cambii, cujus sit periculum harum litterarum, v.g. si eas accepit deferendas Titio & ab hoc solvendas, & apud hunc preant. Respondent Salon & Scaccia, Campsorem adhuc manere debitorem. Vade infert Salon Theologus aliam adhuc differentiam inter Cambium & Mutuum, quod Mutuaria sit periculum, non item Campsarii. Sed Scaccia rejicit hanc Salonis differentiam, ita ut putet potius in hoc esse aliquam paritatem. Nam, inquit, Campsor, qui prius accepit alibi resolutas, est veluti mutuarius, & ideo ad eum spectat periculum non quia differat à mutuatorio, quin imò quia est veluti mutuarius. Verum magis placet quod dixit Salon. Nam licet Campsor sit inquit mutuarius ratione pecuniae acceptae, & ideo hujus periculum ad ipsum spectet, ratione litterarum tamen daturam potius Campsarius est mutuarius, & ideo, in quaerens harum periculum ad Campsorem (quod spectat, est planè differentia inter Campsorem & Mutuum, & Campsarium & Mutuum).

Quando Campsor solvit pecuniam praesentem, ut reddatur alibi suo correspondenti, solum fieri instrumentum publicum, quo Campsarius promittit pretium Cambii in pactum deducum solvere intra tempus conventum, vel in ta-

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libris

libus nundinis alicui certæ personæ in ipso instrumento à creditore nominata, & insuper promittit transmittere solutionis factæ publicum & authenticum testimonium infra certum terminum Campfiori: quod si defecerit in solutione, promittit solutionem in loco contractus eidem campfiori unâ cum interesse.

Quando vero Campfarius solvit prior Campfiori v. g. Augustæ, ut recipiat Romæ, accipit à Campfio litteras ad correspondentem à quibus illi mandat, quantum debeat suo nomine solvere, & in suas rationes referre. Exemplum harum litterarum sit, quod ponit Scaccia [Numerate per istam primam litteram 1. Oct. Luca de Goro 45. libras, quæ in pari valore hinc receptæ sunt, à Masio Rhena: numerate verò tempelivè, & in meum computum scribite. R. ita Christus nos salvet.]

Bonromæus de Bonromæi salutem Mediolano

9. Martii, 1325.

In tergo. Alexandro de Bonromæi & Dominico de Andrea.

Prima de libra, 45.

Hujusmodi litteras dat Campfior Campfiori, qui eas exhibet, sive per se sive per alium correspondentem. Quod si correspondens eas non acceptaret, tunc Campfarius faceret protestationem coram Notario, quod non fuerint litteræ acceptatæ, & illis redditus Campfiori teneretur Campfior aliter Campfatio satisfacere. Aliquando hæc aguntur mediis personis, quia Campfiales sunt jam est in loco, quo litteræ Campfiales sunt mittendæ; & tunc traduntur alicui mandatario Campfarii, qui eas mittit ad suum Principalem.

Horum Cambiorum utilitas omnium optime perspicitur in exemplis, quæ referam ex citato Auctore.

376. Primum exemplum utilitatis Cambii. Quando tu habens Genuæ scutata 200. vis illos Neapolim remittere, & quia per viam Cambii non nundinalis ex illis scutatis 200. quos das Campfiori Genuæ, non haberes Neapoli nisi scutata 160. tu eos Genuæ das Cambio pro proximis futuris nundinis Placentiæ, ubi deinde eosdem denuo das cambio (quod vocant de redditu nundinarum) pro Civitate Neapoli ex quibus duobus Cambiis tu in Civitate Neapolitana habebis non solum scutata 200. sed aliquid amplius. Ecce commodum quod potest Campfarius habere ex Cambio nundinali. Solent autem Cambia nundinalia tripliciter fieri, ex diversitate terminorum. Primum enim fit in aliqua Civitate ubi non sunt nundinæ pro nundinis v. g. Placentinis: Secundum fit in nundinis v. g. Placentiæ pro illa civitate in qua non sunt nundinæ. Tertium fit in nundinis pro nundinis, & hoc iterum diversimodè: vel pro nundinis

eiusdem loci proximè futuris, aut pro nundinis alterius loci, v. g. Bolanensisibus in Tyroli.

377. Secundum exemplum. Quando tu Romæ de mandato Genuensis habentis litem in factæ Rotæ tribunali, solvis de tuis propriis pecuniis scutata 100. sollicitatoribus, procuratoribus, advocatis, scribis, & pro aliis expensis, quibus scut. 100. solvis tu statim totidem indigenos Romæ eosdem accipis cambio pro proximis nundinis Placentiæ præcedente ordine ejusdem Genuensis ab initio, ut de eis te revaleres per viam cambii, cum solutio hac viâ nundinarum tibi sit prompta, & Genuensi utiles, quia cam faciet cum minori interesse, & cum majori commoditate; Schi scut. 100. unâ cum interesse accipris cambio, tu Genuensem certiorè reddis de Cambio, ut illud in nundinis solvat.

CONTROVERSIA II.

Cambium Manuale an sit licitum, & ex quibus Titulis.

SUMMARIUM.

Dplex caput, unde periculum injustitiæ. 378.

Cambium Manuale ex pluribus titulis justificatur.

379. *Primus titulus, lucrum cessans, damnum emergens, eod.*

Secundus, Officium Cambiendi impostum, eod.

Tertius, Labor in numeranda pecunia, eod.

Quartus, major valor naturalis monete, quem malè visitant aliqui. 380.

Medina argutio respicitur. 381.

Quintus titulus, periculum valoris brevi diminuendi. 382.

Supponendum est, in Cambiis ex duplici capite esse periculum committendæ injustitiæ. Primum, quando lucrum accipitur præcisè ob temporis, quo solvendum est, protractionem, seu quod idem est, ob solutionis dilationem, & hoc periculum est in Cambio locali (de quo §. seq.) est; latens usuræ vitium. Secundum, potest committi injustitia accipiendo plus quam datur in cambio manuali, quod quidem non est usura, sed ob inæqualitatem est contra jus alterius, non minus, quam si res certius venditur quam sit ejus valor. Hoc supposito

379. **D**ICENDUM est, cum recepta sententia (quidquid alicui obsecutus locuti sunt) Cambium manuale posse ex pluribus titulis justificari, etiam si Campfior aliquid amplius accipiat in moneta à Campfario numeranda, quam reverà valeat moneta quâ ipse Campfario tradit.

Primus titulus esse potest, lucrum cessans aut damnum emergens. si v. g. moneta Campfioris alibi plus valet, quod cam volebat deferre,

deferre, & hoc omittit in gratiam Campfarii.

Secundus titulus est Officium Cambiendi à Magistratu impostum, vi cuius necesse est habere semper parata varia monetarum genera, tenere famulos ad hoc specialiter necessarios, & esse expostum variis periculis subeundi magnam bonorum idcirco, pro quibus omnibus non habet Campfior à Magistratu salariam competentem.

Tertius titulus est labor in numeranda pecunia, qui potest esse pretio æstimabilis in summa notabili, & præsertim in moneta minore, non minus quam labor scribendi. Neque verum est, quod opponit Cajetanus, hunc Campfioris laborem compensari reciproca numeratione Campfarii, ut enim esset compensatio formalis & non merè materialis, oporteret hanc numerationem suscipi in gratiam Campfioris, sicut numeratio Campfioris, suscipitur in gratiam & commodum Campfarii. alioquin posset quis typographo negare mercedem pro labore, dicendo, se compensasse illum laborem scribendo librum, quem labor Typographi necessariò supponit.

Quartus titulus potest fundari in aliis, quibusdam qualitatibus monete, ex quibus etsi non crescat valor legalis monete, crescit tamen valor naturalis, & æstimatio apud homines. hujusmodi est moneta antiquitas, uniformitas, raritas, serviens ad ostentationem, &c. Item materię puritas, serviens ad meliores effectus artificum: pondus levitas, commoda ad transferendum aliò: valor major in aliis locis: minus periculum legalis valoris à Principe diminuendi, &c.

380. Hunc titulum rejiciunt Medina & Valentia, & obijciunt. 1. Ad omnes enumeratas commoditates præsumendus est Princeps aut Magistratus respexisse in taxando valore legali: ergo non potest earum intuitu valor iterum augeri. Ad hoc tamen imprimis respondeo, negando quod ad omnes hujusmodi qualitates potuerit Princeps attendere: non enim Princeps voluit unum ducatum talis sigilli & talis ætatis v. g. plus valere quando conjungitur cum aliis mille similibus, quam quando solus consideratur: & tamen negari non potest, posse respectu Campfioris & Campfarii inde crescere valorem, quia potest in certis circumstantiis raro occurrentibus æstimatio crescere; sicut quadriga eorumum simillimorum quoad colorem, staturam, figuram, ætatem, & indolem, duplo carius venditur, quam singuli seorsim emerentur, in quo nemo habet scrupulum. Aliter responderi potest, & magis universaliter ad hujusmodi circumstantias ex mente Card. de Lugo n. 13. posse taxationem à Principe dupliciter fieri: primò, obligando solum creditores ad accipi-

endam pecuniam in tanto valore, v. g. ducatum pro tribus florenis Rhenanis: quâ taxatione non prohibetur debitori volenti solvere creditori, quin possit plaris æstimare certam speciem monete, dummodo sit paratus solvere in alia moneta, si creditor nolit & non curet illud commodum alterius monete: si tamen curaret, absque injustitia posset debitor valorem augere. Sic Princeps taxat unam simplicem monetam v. g. ducatum, ut æquivalet duobus Imperialibus, & tamen si creditori commodum esset, solvi in ducatis, ob majorem facilitatem transportandi, nihil obstat quominus posset debitor 1000. Imperialium solvendo in auro, pauciores ducatos quam quingentos solvere.

Secundo modo posset fingi necessitas Reipublicæ aut utilitas, exigens ut Princeps etiam prohiberet hujusmodi augmentum valoris: sed casus iste erit Metaphysicus, nec unquam præsumitur prudenter.

381. Hinc evanescit illa Medina argutio, quâ infert, non fore legem justam, sed iustitiam, quæ monetæ valorem minorem taxaret, quam valeret materia ipsa metalli, in illis circumstantiis, & attendat sicut commodis non redacta in formam monete. Nec adeo stultus erit Princeps, ut velit minore pretio monetam eusam populo dare, quam materia ipsa valeat, cum potius velit semper aliquid sibi ex moneta cudente lucrari. Ex dictis, inquam, respondeatur, Principem obtinere finem suum abundè, si monetæ valorem, ex consideratione naturalis præstantiæ materiæ cudentæ, taxet secundum communem, & universalem æstimationem subditorum: nec posse ad magis particulares circumstantias attendere.

Obijciunt 2. Moneta illæ diversæ, quas numerat Campfarius, quamvis sint Minores, habent etiam quasdam utilitates, & commoda, quæ non habet moneta accipiendæ à Campfio, ergo hujus specialis utilitas per aliam compensatur. 3. Concedendo, quod in quantum compensantur utilitates pecuniæ accipiendæ per pecuniam Campfarii, tantò minus possit exigi, sed nunquam probabitur, semper compensari ad æquale, & fortè nunquam, aut certè non semper illæ commoditates serviant, aut sint æstimabiles Campfarii.

Obijciunt 3. Quæ sunt æqualia tertio, sunt etiam æqualia inter se: sed decem florenis in minori moneta sunt æquales uni tertio, decem florenis in majori, quia tantundem frumenti v. g. scapha emittit monetæ minore, quæ emittit majore. Ergo, &c. 3. Distinguendo majorem & minorem: sunt æqualia inter se in eâ ratione, quâ sunt æqualia tertio, nempe in ratione pretii, & præcisè considerata ratione formali monete, & valoris legalis, conceditur, in alia ratione, v. g. mercis, & secundum naturalem & materialem constitutionem considerata, negatur.

382. Hinc

382. Hinc autem colligere licet, quomodo huiusmodi major commoditas, aut praesentia unius monetae praeter alia, possit etiam servare ad emendum cum aliquo lucro: nempe si Venditor malit accipere huiusmodi praesentiorum monetam, Empior autem malit dare viliorum, ut autem fatiatur desiderio venditoris, interveniet prius virtualis permutatio, v. g. 9. praesentioris monetae, cum 10. vilioris, & tunc res valens 10. emerit illis decem, cum quibus 9. sunt commutatae.

383. Quintus titulus, nec infrequens esse potest, si sit periculum, monetae Campfarii valorem legalem forte brevi esse diminuendum, imò quandoque periculum est, & communis rumor, aut timor, talem monetam amissuram penitus in aliqua Provincia legalem usum in ratione monetæ: quo casu utique potest Campfor dans monetam carentem huiusmodi periculo, lucrum petere in valore legali, v. g. dando 9. pro 10. aut pluribus florenis periclitantis monetæ. Ratio est, quia licet huiusmodi moneta retineat suum valorem legalem in ratione pretii & pecuniae, quoad lex abrogans non est promulgata, & ideo possit in ratione pretii expendi secundum eorum suum valorem, qui ex illo periculo non est imminutus, in ratione mercis tamen (sub qua consideratione accipit eam Campfor) amittit naturalem suum valorem, & aestimationem, sicut alia mercies periclitantes.

CONTROVERSIA III.

Vtrum Cambium Locale licite fiat cum lucro, Campfario prius solvente, & ex quibus titulis.

SUMMARIUM.

Primus titulus iustificans Cambium Locale: aestimatio virtualis translationis pecuniae. 384.

Aduoceductur auctoritas eod.

Secundus: Minor valor pecuniae in uno, quam alio loco. 385.

An iustificat maior valor extrinsecus. 387.

Difficilis obiectio soluitur. 388. & seq.

licitum esse hunc Cambiendi modum, Reipublica admodum utilem, conveniunt DD. Tota difficultas est in assignandis titulis, ex quibus iustificetur. Huiusmodi titulum non esse praecise dilationem temporis, constat ex dictis de usura, quae committitur in lucro ex praecisa dilatione temporis.

384. Primus titulus ab omnibus approbatus, est, aestimatio virtualis translationis pecuniae in alium locum, ubi eam Campfarius est accepturus. Nam Campfor suam industriam, & operam an-

icipatam fecit, ut Campfario perinde consultum sit, ac si pecunia ipsius per tabellionem alio translata esset. quae industria utique est pretio aestimabilis, considerata vel facilitate, vel difficultate illius ex loci distantia, ex multitudine Campforum, vel paucitate. Hic ergo titulus adeo certus est, ut potius Campfarius committeret usuram, si vellet sibi illam virtuales translationem debere pro solutione anticipata quam fecit Campfori. Nam ut paulò ante dictum, anticipata solutio est titulus iustificans.

Ad hunc titulum Transportationis reducitur titulus Assuranceionis, nam Campfor in se recipiens solutionem in alio loco faciendam, etiam simul recipit assuranceionem, hoc est, quòd quamdiam alibi non solvitur, tamen maneat obligatus procurare solutionem illo alio loco. Quapropter non est, cur titulus assuranceionis distinguatur à titulo translationis, quamvis ab solute possent separari, quia potest nuncius in se recipere obligationem transferendi, non tamen obligationem assureionis: quia verò in Cambio solent Campfor utrumque praestare, sub uno titulo utrumque continetur.

385. Secundus titulus capiendi aliquod lucrum solet assignari à Navarro, Cajetano, Molina, Lessio, si pecunia, quae hic solvitur Campfori, minus valeat hic, quam ubi Campfario est refundenda. Ratio est, quia si pecunia in utroque loco idem valeret, posset Campfor aliquid lucrari ratione transportationis & assureionis: ergo si accedat diversitas valoris maioris, ratione huius poterit etiam aliquid exigi.

Sotus q. 12. a. 2. negat hanc consequentiam, & docet, Campforem si lucratur ratione maioris valoris, non posse simul lucrari ratione traiectionis: quia si tuis pecuniis traiecis pecuniam tuam ad locum ubi plus valet, ille maior valor debet tibi accrescere, non traiectioni. Sicut, si baiulus mercede conductus tuam pecuniam illic deferret, nihil utique exigere potest ultra mercedem, propter maiorem valorem, quem in illo loco pecunia tua habitura est. Si ergo Campfori solvitur titulo translationis, sicut baiulus, nihil debebitur ex eo titulo, quòd pecunia ibi plus valitura sit, sed hoc cedet commodo Campfarii.

Hac tamen comparatio Campforis cum baiulo, videtur nimium probare. Probat, inquam, quòd, quando pecunia traiecienda minus valet in loco, ad quem transferatur, quam in loco, ubi Campfori solvitur, non minus lucrum deberetur Campfori, quam si eandem utrobique valorem haberet, quòd est contra omnes. sequela probatur à paritate baiuli, qui etiam in tali casu eandem mercedem exigit, sive pecunia habeat ibi aequalem, sive minorem valorem.

386. Itaque Card. de Lugo, quamvis putet argumentum Soti formaliter, & in rigore bene concludere, in casu tamen nostro existimat, & probat

Contr. III. De Camb. locali: Campfario prius solvente. 129

probationem inefficacem esse ob diversitatem materiae, & circumstantiarum.

Concedit ergo Lugo, argumento Soti bene probari, non posse Campforem titulo traiectionis & maioris valoris simul plus accipere, quam esset pretium iustum traiectionis realis: si enim ponamus Campfarium solvere integrum pretium traiectionis realis, ad eum spectabit emolumentum, quòd ex traiectione reali haberet, nempe valoris excessum. Quòd si Campfor malit ipse illo emolumento gaudere, hoc ei consilium dat Lugo, ut faciat Cambium simplex pecuniae pro pecunia, exigendo rursus illum maiorem valorem, & non utatur titulo traiectionis.

Ceterum, inter traiectionem per baiulum, & per Cambium est discrimen, ex quo erui potest, posse Campforem aliquid accipere intuitu maioris valoris. Discrimen autem fundatur in eo, quòd, cum Campfor traiecit solum virtualiter, per litteras, & sine molestiis, quas haberet baiulus, ideo non potest vi huiusmodi traiectionis tam multum accipere, ac posset pro mercede petere baiulus. Ex alia parte, quia, quando pecunia in loco solutionis & pecunia reddenda plus valet, traiectionis Campforis est magis gravis & noxia Campfori, ex hoc capite magis accedit merces Campfori debita ad mercedem baiulo debitam: & ideo plus potest accipere, quam si valor esset utrobique aequalis.

Quia verò discrimen hoc plus subtilitatis mihi videtur habere quam soliditatis, ideo magis placeat plus titulus, quem idem Card. adducit, vicium plus possit Campfor petere ob excessum valoris pecuniae in loco solutionis, qui titulus non invenitur in baiulo. Campfor enim non solum traiecit, sed etiam assureionem pecuniam solvendam in termino. Certum est autem, assureionem tanto plus valere, quòd plus valet res assureionata, vel eum maiore dispendio assureionis est solvenda.

Quares, an quae dicta sunt, procedant, non solum si maior sit valor pecuniae in termino, sed etiam si sit extrinsecus. Adfirmative: v. g. si in termino solutionis est minor pecuniae copia, plures negotiandi occasiones &c. unde fit, ut plures merces ibi emanent v. g. 100. aurei, quam emerentur in loco ubi est Campfor.

Contra hunc titulum sit difficilis & intricata obiectio, quae videtur probari posse licitam esse aliquod lucrum, quòd ab omnibus censetur esse ultra iustum. Argumentum est hoc. Si licite accipi potest lucrum, propter maiorem valorem etiam extrinsecum pecuniae in termino solutionis, sequitur posse etiam accipi lucrum ex merito propter maiorem valorem extrinsecum, quem pecunia habebit tempore quo reddenda est: quare poteris nunc dare 100. mutuos, ut post sex menses in eodem loco reddantur tibi 110. quant-

do pecunia minorè valorem extrinsecum habebit ob maiorem copiam, vel alias causas: si enim ob hunc titulum plus accipi potest in alio loco, cur non etiam post aliquod tempus in eodem loco?










Respondent omnes, negando sequentiam, & ipsum etiam consequens: quia sitalis titulus in mutuo semel approbatur, aperiretur latens porta accipiendi lucrum ex mutuo, quando tempore solutionis speratur futura maior pecuniae copia. Imprimis ergo videndum est, quae sit disparitas: deinde de salutate consequentis agendum.

Disparitatem assignat Lugo n. 48. quia in Cambio locali intervenit virtualis traiectio & assureio pecuniae, quae sunt actiones distinctae à pecunia, & pretio dignae, & haec actiones possunt habere maiorem & minorem valorem, quia possunt aequivalere pluribus, vel paucioribus pecuniis propter diversas circumstantias, quae occurrunt: quando autem pecunia reddenda est eodem loco, sed diverso tempore, nihil aliud intervenit nisi pecunia, quae non potest habere verè diversum valorem, cum non aequivalat pluribus, vel paucioribus rebus ejustem valoris, ut mox explicabitur. Ità ille. Quia responsio videtur reipsa titulus accipiendi lucrum ob diversum valorem pecuniae reduci ad titulos prioris translationis, & assureionis, & tantum materialiter accedere plus lucrò, ex eo quòd pecunia alibi plus valeat, nempe quia pro illis actionibus plus potest exigere in loco ubi pecunia minus valet.

389. Falsitatem consequentis ex mente Soti, & Molinae declarat idem Auctor n. 47. supponendo, ad iustitiam mutui requiri, & sufficere, quòd à Mutuatario exigitur, solum aequale in valore cum te mutuo data: quare qui mutuat trahit menfuram, licite exigit, quòd totidem reddatur, nisi credatur mutuum, licite exiguntur plures menfurae, ut adaequant valorem trium praecedentium, quae plus valebant, quia valebant sp. aureos 10. quibus tempore sequenti non aequalebant, & hoc est, habere maiorem valorem, nempe aequivalere pluribus pecuniis. Quando autem pecunia datur mutuo, stante eorum penuria, reddenda in eodem loco, tempore maioris copiae, non possunt hoc solo titulo plures exigi: quia revera pecuniae datae non plus valebant, quam totidem reddita: non enim habebant maiorem valorem intrinsecum aut legalem, ut supponimus, neque etiam NB. habebant maiorem valorem extrinsecum propter raritatem & penuriam pecuniae, quia non ideo aequalebant tunc rebus maioris valoris, quam postea. Nam licet tunc possent illis pecuniis cum 20. modis tritici v. g. qui postea non poterunt eadem pecuniam cum propter maiorem pecuniae copiam, sed solum 16. v. g. hi tamen sedecim modii

non sunt minoris valoris, sed æqualis cum valore 20. modiorum tempore precedenti: propter majorem enim pecuniam copiam carius factum est triticum, & crevit ejus valor. Quod à posteriori probari potest. quia si tempore precedente dedisset mutuos 20. modios tritici, qui tunc valebant 100. aureos, sciens postea, adveniente pecunia abundantia, eosdem 20. modios valituros 150. aureos, non potes exigere, ut reddi debeant postea 20. modii, sed pauciores, quia crescente eorum pretio pauciores æquivalent in valore prioribus 20. ergo pauciores modii æquivalent 20. prioribus: & per consequens totidem 100. auri reddendi æquivalent 100. acceptis in valore, quia licet æquivalent paucioribus modii tritici, hi tamen pauciores modii æquivalent in valore eo tempore 20. modii emptis tempore precedente. Si ergo reddendum est æquale in valore, non debent reddi plures pecuniae in eodem loco, quia hæc semper habebunt majorem valorem, cum ipsi emi possint tantundem tritici, quod tamen nunc plus valet, quam tempore precedente. Ratio autem est, quod tempore esse majoris valoris, vel minoris, est: majori, vel minori pretio emi posse: cum ergo pecunia sola sit pretium aliarum rerum, res aliæ dicuntur crescere vel decrescere in valore & in pretio, adveniente copia, vel penuria pecuniae: non vero NB. dicitur pecunia decrescere in valore, & in pretio, quia semper habet eundem valorem, & pretium: alioquin adveniente copia pecuniae dicere possemus, triticium pretium non esse autem, sed potius decrescisse pecuniae valorem, & pretium, perseverante eodem tritici pretio & valore, quod tamen dici non potest, ut probavimus. Ita Lugo.

Hæc doctrinâ suppositâ debet ad objectionem factam non solum negari sequela, & ipsum consequens, sed insuper etiam suppositum consequentis, nempe quod manente eodem pecuniae valore intrinsicæ & legali, possit variari valor pecuniae extrinsecus propriè loquendo, sed solum diceretur variari per denominationem valde extrinsecam, ab ipsarum rerum emendatum valore variato: sicut Philosophi dicunt, *videntiam & probabiliter non inesse objectis, sed cognitioni, & ab hac dici objecta evidentia vel probabilia.*



CONTROVERSIA IV.

Utrum licite capiat lucrum Campfor, quando ipse prior solvit hic, alibi solutionem accepturus.

SUMMARIUM.

Licitum est Cambium quo Campfor prior solvit alibi solvendus. 390.

Quo titulo iustificetur hoc Cambium. 391.

An Campfor possit lucrum accipere, si ipsi commodum est accipere alibi pecuniam. 392.

Ratio dubitandi est in aperto. In hoc enim casu nec intervenit titulus trajectionis, nec titulus Assurationis, sed potius trajectio incumbit Campfario. Campfor autem anticipatè solvendo pecunias aliud agere non videtur, quam mutare. atqui ex mutuo lucrum est utarum: ergo, &c. & ita sentiunt Hostiensis, Innocentius, Antoninus, Sarmiento & alii apud Salas.

390. **DICENDUM** tamen est cum recepta sententia, etiam Pontificis, ut fertur, oraculo approbatâ, tale Cambium esse licitum. Ratio est, quia sicut in casu precedentis controversiæ virtualiter Campfor trajectit suas pecunias v.g. Ingolstadt sibi solutas Romam, ubi ut eas recipias, ita in casu præsentis controversiæ virtualiter trajectit suas pecunias Romanas, hoc est, Romæ sibi reddendas huc Ingolstadtium, ubi tibi eas numerat. Itaque gerit se sicut badius, qui se pro mercede obligaret ad afferendas Romæ pecunias: deinde verò ut se hac obligatione liberaret, de sua pecunia hic tibi illam summam numeraret, cum tunc accipiendi deinde in eorum compensationem tuam pecuniam Romæ existentem.

Dices: ponamus (ut in effectu solet esse) Campfori commodum esse, Romæ sibi solvi, hoc casu etiam Campfarius transfert pecuniam Campforis virtualiter Romam: ergo hic titulus compensationis. Sed contra est, quia hoc non facit Campfarius in commodum Campforis formaliter, sed in suum commodum, quia alioquin deberet illos Romæ realiter afferre Ingolstadtium, ut hic solveret, quod hic accipit.

391. Hunc titulum virtualis trajectionis etiam assignat Lessius n. 28. Postea tamen n. 30. putat, hunc titulum non necessarium, sed alium ejus loco sufficturum. [Sed etiam, inquit, concederemus, Campforem non trajectere pecuniam alterius in hoc cambio, tamen ex ratione permutationis aliquid lucrari potest, quia pecunia procul absens à loco contrahentium minoris æstimatur, quam præfens: ergo præfens potest cum lucro contra absentem permutari. Antecedens probatur, tum quia absens non præbet ex

natura rei eam facilitatem, & commoditatem, quam præfens: tum quia absens (quantum est ex natura rei) sine sumptu & periculis non potest effici præfens. Hinc fit, ut etiam merces absentes minoris valeant, quam præfentes.] Citat pro hac doctrina Sylvestrum, Caietanum, Navarrum. His accedit Palao p. 5. n. 2.

Verum, hic titulus vel est nullus, vel non distinguitur, nec distingui reipsâ potest à titulo virtualis trajectionis, & assurationis. Nam, ut bene observat Lugo, si pecunia absens minus valet, quam præfens, ideo est, quia ut fiat præfens, debet cum labore & sumptu trajici, ut fatetur Lessius. Ergo solutione trajectionis virtualis comprehenditur id quod opus esset ad solvendum Campfori pecuniâ præfenti. Idem ergo erit in reipsâ, ac si Campfarius dicat Campfori: Da mihi Romæ mutuos 100. & quia ego non habeo postea Romæ 100. quibus tibi mutuum solvam, dabo tibi lucrum, ut accipias 100. quos habeo Matriti, & trajicias Romam pro solutione mutui. Quod tandem nihil aliud est, quam dare lucrum pro trajectione virtuali illius pecuniae, ad hoc ut possit Romæ æquè utilis esse, ac erat pecunia prius Romæ accepta. Ita Lugo.

Præter titulum universalem trajectionis virtualis, possunt intervenire alii tituli non universales, sed qui per accidens hic & nunc locum habent, ut diversitas valoris pecuniarum, lucrum cessans ex dilatione solutionis, aut damnum emergens, periculum solutionis, &c. de quibus nihil amplius dicendum est ultra ea quæ in superioriibus, præsertim in cap. de Mutuo & Usura, dicta sunt.

392. **DUBITATUR**, utrum si Campfori commodum est accipere pecuniam alibi potius, quam hic ubi suam dat, nihilominus possit lucrum accipere. Medina & Rebellus negant, solum si præveniat, & roget alterum, ut hic accipiat pecuniam, & alibi restituat. Communis tamen & vera sententia affirmat. Et quidem non obstat, etiam si prius rogasset Campfarius, ut bene advertit Lugo. nam defacto Campfotes publici, sicut & Mercatores exponendo venales merces, reipsâ præveniunt, & aliquo modo rogant, ut sibi detur occasio lucrandi. Ergo etiam si campfor rogaret, censeretur solum rogare, ut daretur sibi occasio lucrandi ex cambio. Quod si rogaret, ut sua pecunia virtualiter transferretur in suum commodum, distinctum à lucro cambii, tunc concederem Rebello, nihil posse exigere lucrari, quia tunc ipse potius gerit personam Campfarii, quam Campforis.

Quod non obstat commoditas, quam Campfor habet ex solutione faciendâ in altero loco, bene declarat Lessius n. 32. in exemplo. Sicut enim is, cui commodum est reducere equum Lovanio Parisios (voluit forte id proficisci, & conduxisset quum suis sumptibus) non tenetur hoc suum commodum æstimare ad nihil petendum

pro reductione ab eo qui ejus operam ad reducendum equum requirit, ita nec Campfor.

CONTROVERSIA V.

Utrum licite varietur lucrum Cambii ob majorem vel minorem dilationem solutionis.

SUMMARIUM.

Praxi cambii ob majorem vel minorem dilationem solutionis. 393.

Qui tituli præsumantur in tali praxi intervenire, ut iustificetur. 394.

Ratio dubitandi nascitur ex eo, quod sit Usurarium lucrum, quod accipitur præcisè ex dilatione solutionis, si alii tituli cessent.

393. In contrarium est notoria praxis, quam describo ex Lessio dubio 6. observari solitam in nundinis Francofurtensibus tum circa tempus Paschale, tum mense Septembris: in quibus fiunt solutiones Cambiorum. Reguntur autem hæc cambia florentis Germanici, & grossis Flandricis. Nam qui dant Antverpiæ ad Cambium, ut recipient Francofurti, certò numero grossorum emunt florentum Germanicum, & contra qui Francofurti dant, ut Antverpiæ recipient, florentum Germanico emunt certum numerum grossorum. In pretio autem ferè servabatur hæc ratio tempore Lessii. Si Antverpiæ Campfor quinto mense ante nundinas pecuniam numerabat, solum dabat v. gr. 73. grossos pro florento Germanico. Si quarto mense numerabat, 76. solum dabat, 74. Si tertio, 75. si secundò, 76. si uno tantum mense ante nundinas, 77. circiter. In nundinis autem recipiebant florentum Germanicum, æstimatum ibidem, 79. vel 80. grossis vel Antverpiæ (sua obligationes seu litteras Cambii aliis vendebant, ita ut 4. s. vel 6. grossos in singulos florentos Germanicos lucrarentur. Similis ferè ratio servatur in Cambiis ad alia loca & nundinas, solent enim edè minus dare & plus accipere, quo nundinarum tempus est remotius, & contra quò edè propinquius, edè plus dare, & minus lucrari.

Certum autem est, præcisè ratione solus temporis longioris, non posse lucrum augeri, hoc enim esset usurarium. Nam in Cambio non requiritur nec consideratur temporis intervallum, nisi in quantum est necessarium ad transferendam pecuniam aut litteras, & ad præparationem solutionis ut in loco distant commode & tempestive fieri possit: Quidquid ergo accipetur pro ulteriore dilatione, esset usura.

394. **DICENDUM** est, posse merito præsumi, ad hæc praxim justificandam, semper

subesse aliquos titulos, & quoad hoc credi Campforibus & Mercatoribus ob longam experientiam, quâ docentur, quod nisi talis praxis observaretur & licita esset, Cambia cessarent in perniciem Reipublicæ, cujus interest non carere occasione cambiendi. Primus ergo titulus esse potest, quod longior dilatio solutionis imminuat & ex parte tollat facultatem lucrandi illâ pecuniâ, & quia fors diutius versatur in periculo. Secundus titulus esse potest, quia quod plures sunt menses ante nundinas, eod plures fer offerunt Campfarii, ut diutius possint frui pecuniis: atqui crescente numero pecuniarum cambium, crescit quoque jus exigendi plus lucri, sicut quod plures sunt emptores, eod carius venduntur merces. Tertius titulus esse potest, quia Campfores incommodum Campfariorum volunt in temporis protractione virtualiter comprehendere, & celebrare plura Cambia, quia si non concederetur plus temporis, quàm natura unius cambii postulat, tunc illi, qui pluribus mensibus egent pecuniâ, cogentur sæpius cambie cum suo incommodo, & cum majore lucro Campforum.

CONTROVERSIA VI.

Virum licitum sit Recambium, seu Cambium cum Recambio, seu Recursu.

SUMMARIUM.

- Q**uomodo fiat Cambium cum Recambio. 395.
 Duplex hujus cambii figuratio Card. de Lugo. 396. & seq.
 Aliorum sententia an hoc recambium sit licitum. 399.
 Conciliatio sententiarum. 400. & seqq.
 Si Petro volenti accipere Romæ 1000. ad Cambium Placentiæ solvendum, ubi non habet correspondentem, possit ipse Campfor Placentiæ recambere. 403.
 Resolvitur alius perplexus modus recambiendi. 404.
 Resolutio casus principalis. 405. & seqq.
 Reprobatur alius nugatorius modus recambiendi. 408.
 Regula deprehendendi latentes usuras in Recambiis. 409.
 Concluditur Recambium seu Cambium cum recursu, non esse simpliciter reprobandum. 410.
 Declaratur a paritate negotiatoris loco mutui merces offerentis. 411.
 Mereretur tamen Recambium prohiberi ob periculum grave usurae. eod.

283 (0) 103.

395. **C**ambium cum Recambio tunc fit, (ut ego concipio) quando Campfor Petrus tradit pecuniâ, v. g. Augustæ Vindelici. Campfario Paulo, solvendam Romæ: sed quia Paulus Romæ non habet pecunias neque aliquem correspondentem, utitur operâ correspondentis Petri, vel alterius v. g. Joannis, Romæ existentis, eumque rogat, ut Romæ solvat Petrum, vel ejus procuratori aut correspondenti pecuniâ acceptam Augustæ, cum lucro Cambii: Porro, quia Joann. fit creditor Pauli, & Paulus illius debitor, ideo Joannes recambit Augustam ad Petrum primum campforem debitum Pauli, ut Paulus Augustæ solvat Petro, iterum cum lucro Cambii secundum seu recambit: unde à primo ad ultimum fit, ut debitum Augustæ contractum reipsâ Augustæ solvatur unâ cum lucro. & hac est causa dubitandi de justitia hujusmodi cambiendi: scilicetque vocari Cambium Besuntinum, vel Placentinum, eod quod dicitur in has vrbes a Genuensibus celebrari. Vocatur communius: Cambium *Recursum*, seu cum recursu.

396. Card. de Lugo hoc Recambium dupliciter figurat. n. 60. Aliquando, inquit, respondens (Neopolitanus) Campfarii (Romani) non solvit pecuniâ presentem Neapoli respondentis Campforis, sed obligat se pro illa pecuniâ, tanquam si ei data fuisset denuo Neapoli ad Cambium Romæ solvendum, & respondens Campforis remittit ad eum (id est Campforem) obligationem illam, ut ipse Romæ recipiat recambium cum altero lucro secundi Cambii à primo Campfario. Aliquando etiam fit, quod Campfarius non habeat Neapoli pecuniâ, nec respondentem qui pro illo solvat, vel se obliget, & petat à Campfore, ut ejus respondentem velit pro ipso Campfario litteras acceptare & solvere, vel pro debito obligati: qui respondens duas personas subdit, alteram procuratoris Campforis, alteram procuratoris seu respondentis Campfarii, & quâ procurator Campforis recipit à se illam obligationem, quam tanquam novum debitum & novam pecuniâ Campfatio Neapoli datam ad cambium Romæ solvendam remittit ad Campforem, ut Romæ recambium accipiat à Campfario cum novo emolumento ex secundo cambio. In solutione autem respondens Campforis detrahit ex tota summa suas provisiones pro labore, quæ sunt binæ vel terci aurei pro singulis millenariis.

397. Claritè & distinctius figurat idem Auctor hoc Cambium n. 76. ubi ait, arciter de eo fuisse disputatum Romæ in Congregatione à Summo Pontifice ad hoc deputata. Petrus Romæ petat à Joanne Campfore 1000. aureos, quibus hic Romæ indiget. Joannes offert cambium ad nundinas Placentiæ, ut ibi Petrus 1000. aureos cum interesse Cambii solvat: Petrus dicit: non habeo pecunias Placentiæ, nec correspondentem aut creditum: fac ut correspondens tuus

tuus velit, pro hac vice esse correspondens meus, & acceptare meas litteras Cambii, tibi que solvere: ego enim cum ab hoc debito postea liberabo. Consentit Joannes: dat Petro 1000. aureos Romæ. Petrus vicissim dat ei litteras Cambii directas ad Antonium, qui est Joannis Procurator Placentiæ, quibus committit Antonio, ut solvat Joanni 1000. aureos pro totidem acceptis ab eo Romæ. Joannes simul scribit eidem Antonio Procuratori suo, ut acceptet litteras Petri, ab eo que recipiat id quod sibi debet, & frequenter datâ securitate tutum reddat Antonium, quod eâ de causa nullum damnum patietur, licet Petrus non solveret. Tunc Antonius acceptat creditum Petri, eisque litteras, & ut eas exequatur, scribit & constituit Joannem creditorem illius Summæ, & Petrum debitorem, atque itâ absolvitur primus Contractus Cambii. Postea, quoniam Petrus non solvit Placentiæ pecunias, quas ibi dare debebat, & quas Antonius pro ipso solvit, Antonius ex commissione sibi ab eodem Petro missâ remittit idem debitum per secundum cambium Romæ à Petro cum secundo interesse cambii (solvendum) ut Petrus, quasi illam Placentiæ accepisset ad solvendum primum cambium, prout virtualiter accepit ab Antonio pro ipso solvente, debeat eam Romæ solvere per litteras Cambii quas Antonius ad ipsum dirigit, mandans ut Petro (legendum est Joanni) solvat Romæ: ceusetur enim Antonius Placentiæ solvens Petro, dedisse eam summam Placentiæ ad cambium Romæ solvendum cum interesse solito cambii: Quare post tres menses elapsos à prima acceptione pecuniæ, Petrus solvit Romæ 1028. aureos plus minusve pro 1000. quos acceperat (à Joanne Campfore) itâ ut 28. aut 29. sint pro interesse duplicis cambii & provisionibus.

Solent autem sæpè aliquæ circumstantiæ variari, & ideo non omnes eodem modo casum & speciem facti formant. Aliquando enim Antonius est quidem respondens Joannis, habet tamen & ipse pecuniam aut patrimonium proprium, quo potest recambium instituire, & tunc lucrum erit illius.

398. Prima sententia negat esse licitum, aique esse sicum, si quod aliud sicum esse potest (ut loquitur P. Tannerus q. 7. dub. 5. n. 149.) Itâ P. Molina d. 404. Iustinianus, Lupus, Sotus, Comitulus, Rebellus, Tannerus, Palacios, & alii plures relati à Diana Resol. 1. de Contract. & teste Comitolo hunc modum cambiendi improbantur. Doctores nostræ Societatis. Quâ tantâ DD. auctoritate non obstant itâ in valuit modus iste cambiendi, ut sit frequentissimus. Unde necesse fuit, ut alii DD. rimarentur sollicitius, an viam defendendi reperirent, & non pauci sunt, qui putent se reperisse. Itaque

399. Secunda sententia tenet, si debitum moderamen adhibeatur, esse licitum illud Re-

cambium. Itâ apud Dianam plurimi, Megalia, Lessius, Salas, Sa, Homobonus, Filiacius, Salton, Bonin signus, quibus accedit Lugo, & Dicastillo, qui ultimus n. 54. paucis verbis rem totam absolvens, probat denique ex eo, quod videatur approbatum in quadam Bulla Pii V. ad Bononienses teste Manuele Sav. Cambium. n. 8. Quam Bullam Comitulus lib. 3. resp. Mor. q. 15. n. 10. testatur se vidisse. Itâ Dicastillo. Sed Comitulus, qui hujus sententiæ est acerrimus adversarius, plus non dicit, quàm quod AA. hujus sententiæ quantat divericulum in quadam concessione Pii V. quam ipse vidit Venetiis typis impressam: (& ego eam reperi in fine operis de hac materia Sigismundi Scaccia.) quâ facit Pius V. Bononiensibus potestatem, campforiam mensam in eorum civitate erigendi cum remissione litterarum ad eos, qui pecunias suas huic illive tradunt. Huic sententiæ accedit etiam Palao p. 9.

400. Utrique sententiæ aliquid concedendum est, & primæ quidem sententiæ (quæ foret reipsâ plus non intendit) ex communi DD. quos refert & sequitur Lugo n. 79. dandum est, fore cambium illicitum & usurarium, ac reverâ sicum & simulatum, si Campfor sciat, petentem pecunias alibi solvendas cum lucro cambii, non habere in illo alio loco pecunias, neque etiam aliquem ibi esse, qui suo nomine sit solvatur, adeoque reipsâ constituisse pecuniam cum lucro solvere in loco ubi eas accipit. Ratio est, quia ut Cambium non fit sicum, debet realiter intercedere permuatatio pecuniæ cum pecuniâ: atque in tali casu hoc non fit: nam pecuniâ, quæ est objectum permutationis in illo alio loco non est, nec est aliquando ibi futura, ut supponitur: ergo contractus est de materia nulla, seu non supponente, quæ tamen in ipso contractu fingitur esse. Si ergo Campfor hoc sciat, malâ fide procedit, & intendit accipere lucrum ex mutuo, quia intendit solutionem sortis cum lucro faciendam in eodem loco, præcisè ob temporis dilationem.

Secundæ sententiæ imprimis concedendum est. Quod si Campfor bonâ fide processisset, Campfarius verò subdole simulasset, se alibi solviturum, tunc teneretur Campfor ad lucrum cessans & damnum emergens non minus quàm muuatarius: imò & lucrum Cambii exigere potest Campfor, quidquid cum quibusdam negat Salas. Ratio est, quia promissio hujus lucri non est mera liberalis & gratuita promissio, sed est onerosa, & in pactum reciprocum deducta: ergo quandoquidem Campfarius ex parte sua contractum implevit dando hic pecunias, ut eas alibi cum lucro recipiat, non excusabitur Campfarius per suam dolosam & simulatam promissionem, sed teneatur ad omne illud, ad quod teneretur, si terium animum habuisset. Et hoc

R 3

ex

ex Auctoribus primæ sententiæ expressè concedit Molina d. 104. in fine §. Dubium est. & probat ex regula generali, quòd fraus & dolus nemini debeat patrocinari: item quia venditor rei alienæ à fure facta valet ad hoc, ut fur de evictione teneatur, quantum emptoris intererat rem non fuisse alienam: ergo etiam in casu nostro contractus valebit ut obliget Campfarium, quantum interest Campforis, non fuisse contractum simulatum, sed Campfarium verè alibi habuisse pecunias. Hoc ergo imprimis est concedendum secundæ sententiæ.

401. Eidem secundæ sententiæ concedendum est, nec videntur AA. primæ sententiæ dissentire, quòd si (in casu à Lugone formato) Petrus Campfarium Placentiæ haberet amicum, qui Placentiæ litteras acceptaret, & solveret, cambium non esset siccum, sed iustum, & absolute completum ad hoc, ut ex primo hoc cambio Ioannes Campfor lucrum caperet Placentiæ suo correspondenti solum: Ratio est, quia qui per alium solvere potest, jam censetur habere pecunias in alio loco permutandas pro illis quas à Campfore Romæ accepit.

Uterius eidem secundæ sententiæ concedendum est (& deducitur ex jam dictis) quòd si Amicus ille Petri solvens, pro Petro, det illam pecuniam Placentiæ ipsi Petro ad Cambium, ita ut Petrus Romæ debeat solvere alicui tertio, ab illo Placentino amico designato, illam summam unâ cum lucro cambii, tale etiam cambium valet. Est enim hoc cambium à priore distinctum, & priore iam absolute inter Petrum & Ioannem celebraretur, alterum inter Petrum & amicum Placentianum.

402. Hinc iterum deducitur, idem dicendum fore, si Campfor ipse Ioannes requisitus à Petro talem illi amicum procuraret Placentiæ, nihil enim interest, nec variat substantiam contractus, quòd Petrus ipse Placentiæ amicum inveniat, illique etiam fidei subendo perveadeat, ut pro Petro solvat. Dummodo (quod bene notandum & cavendum est) Campfor Romanus Ioannes non deducat in pactum nec obliget Petrum, ut illam ipsam pecuniam Placentiæ pro ipso solvendum iterum accipiat ad Cambium, & Romæ solvendam. debet enim illi liberum relinqui, ut si velit Placentino amico aliter pro soluta pecunia satisfacere, id possit. Ceterum contractus non vitaretur, si Petrus Ioanni se obligaret, ad solvendum Romæ, casu quo Placentinus amicus non remitteret litteras ad sequentes nundinas: hæc enim est licita assertio, & quodammodo fidei iussio.

Hæc omnia fuerunt à Congregatione Romæ habita approbata, teste Lugone.

403. Dubitari tamen est. 1. Si Petro volenti accipere Romæ 1000. ad cambium Pla-

centiæ solvendum, sed simul dicenti, se Placentiæ nullas habere pecunias, nec amicum aut collegi dependentem, dicat Campfor Ioannes. [Ergo tempore illo ad solvendum præfixo adero personaliter Placentiæ, & dabo tibi ad novum cambium alios 1000. aureos, quos cum futuro cambii mihi Romæ solvas: & quibus Placentiæ extinguas primum cambium, manens debitor tum licri primi cambii, tum 1000. cum lucro secundi cambii, Romæ solvendorum.] queritur inquam an hoc sit licitum. Respondet absolute affirmativè Lugo. Distinguendum tamen iuxta dicta. Si enim Campfor veller in pactum deducere secundum Cambium, & obligare Petrum ad illud Placentiæ celebrandum (quod quidem non est incredibile intendi à Campfore) non esset id licitum, ut paulò antè dictum est. Si verò solum liberaliter illi offerret hæc sitam operam, interitum liberum relinquendo, quomodo velit primum cambium extinguere, fateor nullam apparere iniuriam, & erit consultum Petro ex duplici capite. 1. Quia sic liberabitur curâ procurandi amicum alium, & expeditius res transigetur cum paucis quam cum multis. Deinde poterit hæc ratione lucrari provisiones vendendas correspondenti aut procuratori, nec opus erit Romæ conscire litteras, &c. quia nullus procurator aut amicus intervenit, sed ipse Petrus suum negotium gereret Placentiæ.

404. Dubitari tamen hæc occasione potest. 2. Utrum si Petrus nolens proficisci Placentiam constitueret ipsum Ioannem suum procuratorem, qui Placentiæ habens pecunias eoque perveniens illas eadem pecunias, nempe 1000. aureos, quatenus tunc est dominus, tanquam procurator Petri per clausulam *confissum* incipiat possidere nomine Petri; sicque dominium transferat in Petrum, ad cambium Romæ sibi solvendum, deinde verò ex Petri commissione eandem det sibi ipsi ad extinguendum prius cambium; queritur, inquam, an tale cambium esset iustum & speculative loquendo, & secluso omni dolo & fraude legis naturalis, non solum tale cambium esset iustum, & interveniente nimirum reali pecuniarum commutatione, verum etiam possit Ioannes, in quantum agit procuratorem Petri, etiam provisiones exigere, quas aliquando Petrus alteri procuratori solvere deberet. Ratio est, quia nec absurdum nec novum est, aliquem agere duas personas, unam propriam, alteram alienam, & sic secum ex alterius persona consistere, quemadmodum potest aliquis Oeconomus emere nomine sui domini frumentum à se ipso.

405. Hinc iam veniendo ad casum principalem, in Romana Congregatione disputatum, difficultas tota erat in eo, an casu quo nec Ioannes nec Petrus Placentiam intri sunt, possit Petrus petere à Ioanne, ut scribat Antonio procuratori

ratori suo (id est Ioannis) ut velit acceptis litteris Petri, solvere Ioanni 1000. & sic extinguendo prius Cambium Romæ celebratum eodem 1000. iterum dare ad cambium Romæ à Petro solvendum.]

Instituto principiis hæcenus positus resolvit bene Lugo, n. 87. dupliciter hoc contingere posse: & utroque modo licite. Primum quòd Antonius procurator utriusque habeat pecunias suas formaliter, ex quibus pro Petro solvat Ioanni, & quas ut procurator Petri accipiat à seipso ad Cambium Romæ solvendum. Et hoc licitum omnino videtur: quia sicut possit ut procurator Petri à seipso emere merces, quas illi mitteret, ita poterit à seipso cambium accipere nomine eiusdem Petri, sicut possit à quolibet alio.

406. Secundus modus esset, quando Antonius procurator non haberet proprias pecunias, sed solus Ioannis capus est famulus, poterit etiam illas Ioannis pecunias sibi ut procuratori Petri consignare ad Cambium. Ratio est: quia sicut ipse Ioannes Placentiæ præsens daret Petro vel ejus procuratori pecunias ad novum Cambium, ita poterit Antonius Ioannis procurator dare nomine Ioannis eadem pecunias ad cambium sibi ut procuratori Petri: quod enim quis per seipsum potest in his contractibus, etiam per procuratorem potest, absque læsione juris alieni. In his consentio Lugoni & secundæ sententiæ.

Verum, post hæc Lugo ulterius progreditur. [Si verò, inquit paulò post] Antonius non haberet quidem ibi pecunias reales Ioannis, haberet tamen virtuales, quatenus habet credito Ioannis, de quibus nomine ipse disponere possit, distinguendum similiter videtur. Si enim credito illa fiat ibidem exigibilia, quia Ioanni debentur pecuniae ab aliis ibidem solvendæ, hæc procul dubio videntur pecuniae virtualiter ibidem existentes: quare Petro petenti Placentiæ 1000. ad cambium Romæ solvendum, poterit Ioannes dicere: ego non habeo quidem hæc pecunias, habeo tamen credita ab aliis mihi hæc solvendæ: si vis, loco pecuniarum transferam in te unum ex his creditis, quo possis uti sicut pecunia propria, & hoc ipsum poterit facere Antonius ut procurator utriusque, transferendo Ioannis nomine aliquid ex illis creditis in Petrum, & acceptando illud nomine Petri, & postea restituendo idem creditum Ioanni ad extinguendum primum Cambium Romæ initium, perseverante secundo cambio Placentiæ inito per pecuniam virtualem, quam Petrus ibi à Joanne accepit.] Ità Lugo. Quam doctrinam (de cuius veritate disputent alii) in praxi non credo facile locum habere, cum in nullo Auctore legam, Iura personalia (quæ sunt illa credita) dari ad cambium, cum cambium sit permutatio realis pecuniarum: jam in Dominio dantis constituitur cum pecunia alterius.

407. Adhuc difficilior (ut ipse Lugo fateatur) est, quòd n. 90. & 91. subiungit, quòd defendit cambium huiusmodi. Ioannes Campfor nullas quidem habet pecunias, nec credito Placentiæ, quæ possit Petro ad cambium novum, & ad extinguendum prius cambium dare, habet tamen in aliis locis v. g. Florentiæ, & aliquid huiusmodi creditum transfert Placentiæ in Petrum, ad cambium Romæ solvendum, & illud iterum accipiendo à Petro extinguit prius Cambium Romæ celebratum. Ratio autem major de hoc dubitandi in hoc consistit. Quia in huiusmodi translatione crediti nullæ dantur Petro pecuniae, ne quidem virtuales Placentiæ, cum ibi non possit reduci ad realem: ergo non videtur intercedere cambium reale, sed fictum.

Nihilominus putat Lugo, non esse absolute impossibile huiusmodi cambium: quia creditum Florentinum potest Placentiæ vendi: ergo jam censetur Placentiæ existere virtualiter tale creditum seu potius pecunia debita. Ego tamen hæc fundamentum non multum fido; nam si hoc quod est debitum Florentinum posse veni in Placentiæ, sufficit, ut dicatur 1000. debiti existere Placentiæ virtualiter virtualitate sufficiente ad celebrandum cambium, profectò non magis existens Placentiæ, quam Roma; quia etiam Roma possit creditum Florentinum vendi. Ergone possent 1000. debiti Florentiæ dari Roma Petro ad extinguendum cambium prius, & novum celebrari? certe Petro unam esset sicut alteram: & tamen hoc nemo concederet; quia in eodem loco recambium non potest fieri: ergo ad Recambium necesse est, ut pecuniae quæ alibi dantur ad cambium, specialiter existant in illo alio loco, v. g. Placentiæ, quo modo non existunt alibi.

408. A fortiori improbandus est modus cambii (quem etiam Lugo improbat) quo Ioannes, vel ejus procurator Antonius veller Placentiæ creditum ipsius Petri Romæ contractum transferre in Petrum ad novum cambium Romæ solvendum, quo tamen Petrus extingueret primum cambium, sed in super duplex lucrum, hoc est ex utroque cambio solvere teneretur. Hoc sanè esset manifestè nugari (quod tamen aliqui defendere conabantur) nam debitum Petri non potest in Petrum transferri nisi illud remittendo, & extinguendo, quia nemo potest esse suis debitor: ergo in hoc secundo cambio nihil daretur Petro, quod commutaretur cum pecunia à Romæ solvendæ. Pari modo, sicut Ioannes nihil daret Petro ad novum cambium constitendum idoneum (nam remissio debiti non est materia idonea ad cambium) ita nec Petrus daret Placentiæ aliquid Ioanni ad extinguendum prius cambium Romæ celebratum: quid enim daret? an resuscitans debitum remissum & extinctum? aliud nihil habet Placentiæ: nec aliud consequitur à Joanne, quis non videt, hæc esse meras nugas ad illudendum hominibus indoctis?

409. Breviter, ad huiusmodi subiles argutias securè judicandas, & latentis usuræ radicem deprehendendam, optima regula est, si illud, quod in huiusmodi modis & pactis cambiendi per virtuales & implicitos rerum conceptus involvitur, in explicitis resolvatur: tunc enim si appareat, quod in rei veritate idem sit, ac si Petros promitteret Iohanni solutionem sortis Romæ, cum duplici lucro cambii, est contractus manifestè usurarius, v. g. si idem sit, ac si Petrus Romæ accipiens 1000, a Iohanne, dixisset eidem Iohanni explicitè, & sine ambagibus: Ego quidem Placentiæ (quo tu cambium dirigit, nec aliter vis dare pecunias), non habeo pecunias quibus solvam, sed tamen tempore præfixo obligabo me tibi de novo ad solvendum hoc debitum Romæ cum lucro secundi cambii. Hoc inquam esset cambium omnino iudicio usurarium. Tale autem est, de quo ultimo fuit actum in precedentibus.

410. Ex hæcenus disputatis tandem concludimus, Recambium, seu Cambium, cum recursu simpliciter, absolute ac universaliter non esse improbandum. Cuius præter rationes alias, solida probatio sumi potest ex declaratione Congregationis sub Gregorio XIII. cum enim (inquit, Lugo) Archiepiscopus Panormitanus consultasset Pontificem, an cambium recursu prohibendum fuisset Bullâ Pii V. de Cambiis (quam paulo post referam) in qua multa cambia declarantur esse licita, responsum fuit 1574 à Congregatione in hæc verba. Congregatio S. D. N. censuit, huiusmodi cambium literis Pii V. seu record. minime comprehendere. Declaravit deinde breviter hac sententia. Potest negotiator alicui petenti mutuum, negare quidem mutuum (nam dare mutuum est beneficium, ad quod nemo tenetur) sed offerre illi suas merces pretio summo iusto, & quidem credito: quo facto habet emptor potestatem illas vendendi, & sic habebit pecunias quibus indiget, & quas volebat mutuas accipere: quod si non possit in venire emptorem, potest se negotiator offerre ad eisdem merces, sed minore pretio iusto tamen, emendas paratâ pecuniâ, & sic non ex mutuo, sed ex contractu emptionis habebit lucrum: atque sic se habet Campfor quando cambium cum recursu: dat enim suas pecunias Romæ, ut solvat antea Placentiæ cum lucro cambii, sed quia ibi non invenit Campfariis pecunias, accipit ab eodem Campfore novas pecunias, & solvit, sed quia illa iterum sunt data ad cambium Romæ solvendum, sicut, si prius cambium nunquam præcessisset de novo lucraretur.

411. Factur tamen Lugo, cum Lessio, Fillucio & alij, quod propter periculum mutui & usuræ palliate, & intentionis occultæ eò deducendi campfarij, ut obligetur solvere in eodem loco cum lucro, mereretur hoc cambium prohiberi

lege positivâ, & consulendum esse Campfariis, ut ab eo abstinerent. Nunc solvenda sunt objectiones eorum, qui hoc cambium putant iure natura esse illicitum.

Objiciunt ergo. 1. Ubi nulla intervenit pecunia campfarij, sed solus campforis, non servatur natura cambii; sed in recambio non intervenit alia pecunia quam campforis. Ergo non est cambium: Sed tandem resolvitur in mutuum Romæ datum, & ibidem cum duplici lucro solvendum absque illo titulo excusante ab usura, & justificante illud lucrum. Facile negando minorem: quia Placentiæ transfertur pecunia Campforis in dominium campfarij, hoc ipso quia datur illi ad cambium Romæ solvendum. Ergo dum illa utitur campfarius ad extinguendum primum cambium, sua pecuniâ auctur.

Objiciunt 2. Huiusmodi ambages adhibentur ad palliandam mutui usuram solvendam in eodem loco: quia Campfariis plerumque non intelligit has subtilitates, sed concepit obligationem solvendi sortem cum lucro in eodem loco post aliquot menses. Ex hac objectionem patet, verum esse quod supra dixi, adversarios non impugnare cambium eo modo & sincerâ intentione factum quâ à Doctoribus defenditur. Supponendum enim diximus, quod omnia absque dolo, serio, & in veritate gerantur, ut dictum est, esse necesse. Nequè verum est, Campfarios hæc ignorare communiter, informantur enim à Campforibus.

Objiciunt 3. Petrus, non minus quam si Romæ mutuum accepisset, tandem cogitur Romæ solvere cum lucro cambii, hoc ipso, quia scit, se Placentiæ nihil habere, adeoque literarum interventum esse meram extortitionem. Quod Petrus in effectu i dem damnum patitur, quod pateretur, si ex mutuo solvete usuras, non provenit ex natura contractus, sed ex egestate & necessitate Petri; sicut in casu emptionis quod cogitur merces summo pretio emptas iterum vendere pretio infimo, provenit ex egestate & defectu emptorum. Falsum est præterea, quod Petrus à campfore cogatur ad recambium, est enim illi liberum, quocunque alio modo extingueret debitum Romæ contractum Placentiæ: quod si verò ex aliorum mediorum defectu recurrit ad recambium, simpliciter sua fortuna, & non

CONTRÖVERSIA VII.

Quenam Conditiones in Cambiis observanda ex Bulla Pii V.

SUMMARIUM.

Refertur Bulla Pii V. cõcernens Cambiorum abusum. 412. Conditiones in Bulla requisitæ. 413. An ubi Bulla est recepta, pactum de determinato interesse sit illicitum in conscientia, etiam seclusâ omni fraude. 414. An Campfor restituere teneatur, quod ex tali pacto accepit. 415. An sit contra Bullam, dare cambium ad remotiores nundinas, non plus tamen exigenda, quàm exigatur ad proximas. 416. Resolvitur Casus propositus P. Molina à Campfore virmorate conscientia. 417. An prohibita sit dilatio, quâ Campfarius prior dat pecunias, ut eas recipiat in remotioribus nundinis. 418. Quomodo sint intelligenda verba Bullæ: esse rationem habendam longinquitatis, &c. 419.

412. **D**ixi Bullæ, præter illam ad Bononienfes Mercatores, (de qua supra mentio facta est) emissæ sunt, ab utrum Campforum cõcurrentes, quarum prior est Pii V. quæ incipit. Cum sicut, quæ concernebat Campfores tunc delinquentes, in quos pænis statuit. Altera est Pii V. quæ deinceps observatur, & à Theologis ponderatur, & sic habet.

[In tam pro nostro Pastoralis officio curam diligenter incumbimus, ut D. N. ovis opporuna pro animarum salute remedia adhibere minime differamus. Cùm itaque ad aures nostras pervenerit, legitimum cambiorem usum, quem necessitas publicæ utilitas induxit, sæpe numero ob illiciti quæstus cupiditatem sic depravari, ut sub illius prætextu usuraria pravitas à nonnullis exerceatur, nos petitionibus quæ super his nuper factæ sunt, hæc perpetuè valitè decretali respondendum esse duximus, ut neque dolosis sua fraus suffragetur, neque ignaros perdat inficitia: sic enim Pastoris officium exequimur, dum gregem nobis commissum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus studemus.

Primo, ergo damnantur, & itâ cõsanguuntur, ut contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent; ad quæ loca ij qui pecuniam recipiunt; literas quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur, vel itâ mittuntur, ut transacto tempore, unde processerant, inanes reserantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, ubi contractus fuerat celebratus, nam inter

dantes & recipientes usque à principio itâ convenerat, vel certè talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis aut locis supra dictis huiusmodi literis receptis solutionem faciat: cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ vice depositi, sive alio nomine sicuti cambii traduntur, ut postea eodem in loco vel alibi cum lucro restituantur. Sed & in ipsis cambiis quæ realia appellantur, interdum, ut ad nos præfertur, Campfores præstitutum solutionis terminum lucrum exacta vel expressa conventionem recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt. Quæ omnia nos usuraria esse declaramus, & ne siant districtius prohibemus.

Potro, ad tollenda quoque in cambiis, quantum cum Deo possimus, occasiones peccandi, fraudesque seneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam illud, sive à principio, sive aliàs certum & determinatum interesse, etiam in casum non solutionis pacisci, neque realia cambia aliter, quàm pro primis nundinis, ubi illa celebrantur, ubi verò non celebrantur, pro primis terminis, juxta receptum locorum usum exerceat, ab usulo proorsu rejecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis, sive terminis exercendi: curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, nedum longiores præfiguntur, juxta loca destinata solutionis desiderant, senerandi detur occasio.

Quicunque contra hanc nostram constitutionem commiserit, pænis à Sacris Canonibus usurariis inflictis se noverit subiacere. Eos verò, qui conspirationes fecerint, vel congestam undique pecuniam itâ ad se redegerint, ut quasi monopolium pecuniæ facere videantur, pænis quæ à Jure contra exercentes monopolia constitutæ sunt, teneri sancimus. Volumus autem, &c.] Est edita Anno 1571. Putat autem Lessius cap. 23. dub. 11. & Salas dub. 26. hanc Bullam paucis in locis, & fortè nusquam, saltè quoad omnes conditiones, receptam esse.

413. In hac Bulla conditio quæ primo loco requiritur, est manifestè de Jure natura, quia est usura, exigere aliquid ultra sortem præcisè propter terminum dilationem.

Secunda conditio esse fiat pactum de certo & determinato interesse, etiam in eventu quo fors soluta non fuerit. Quæ conditio non est de Jure naturæ requisita. Nam, ut supra dictum est, ob periculum damni emergentis, aut lucrî cessantis incerti, potest à contrahentibus certum aliquid pro incerto constitui solvendum, modò fiat intra illos terminos, ut moraliter illud periculum tantum æstimetur. Quia tamen licentia sic paciscendi non caret periculo committendi fraudem in constituendo excessu, meriti improbandum à Pontifice. Non prohibetur tamen pactum de interesse incerto, ut per se patet: non enim potest conquiri Campfariis, si teneatur solvere danatum,